

Cronica sancti Gregorii episcopi Armenorum
patroni iuncti cum passione eius.

[Q]uadam prerogativa religione predicta
et a Christo electis sue sanctissime matris
domine Galie monasterii sancti Gregorii
venerabili abbatisse. necnon et omnibus
aliis eiusdem monasterii deo devotis
venerandis sanctimonialibus. Johannes
deipater domini Johannis de domino
Pandalfo de nilo filius sancti agnelli
abbatis et sancte Romane ecclesie
humillimus ypodagemonus hic
tranquillitatem et post huius seculi
desiderium ad eternam pervenire
hereditatem. vestre placuit honestati
nobis nostris filiis et fratribus iungere.
ut venerabilis sancti Gregorii magne
Armenie archiepiscopi hystoriam vel
compendiose dictam vel eius le-
gendam male compositam trans-
curando corrigereamus. Ad quod